



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

365. Feria 2. Dominica 4. Adventûs. De operationibus ad exemplum Christi
perficiendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

652 *Feria 2. Domin. 4. Adventus.*

7. Omnibus peccatis verissimè odio habitis, sensibus & affectibus cohibitis: universas virtutes assequi, ad intimam Dei familiaritatem aspirare, unionem ardentissimæ caritatis experiri. Hæc affectu ardentissimo postulabo, & ut consequar, Davidi obsequar hortanti Psalm. 2. *Apprehendite disciplinam.* alia lectio habet: *Adorate frumentum, alia: Osculamini Filium,* Quod faciam in sumptione sacratissimi Corporis Domini, quod caruit omni imperfectioe.

MEDITATIO CCCLXV.

Feria 2. Domin. 4. Adventus.

De Operationibus ad exemplum Christi perficiendis.

Aspiciam operationes D. JESU Deo carissimas, ad quarum exemplum meas, ut perficiam, petam lumen, & gratiam. Ut operationes ad exemplum Christi perficiam non dissentiant mea cogitata, dicta, opera à Christi operibus, qui mihi exemplar propositus est a Patre.

2. Præcepta Dei, Ecclesiæ, Prælatorum, perfectè implere, opera indifferentia ad Dei gloriam facere deo.

3. In bonis operibus modum tenere, ut iuste faciam iustum.

4. Sedulo, sollicitè, ferventer ad spiritualia

Feria 3. Domin. 4. Adventus. 653

alia magis, quam mundani ad sua, me
nigere.

5. Nec premio, nec poenâ ad finem, sed
puro ac recto amore tendere.

6. Extendere me ad opera supereroga-
tionis.

7. Bona promptè agere, mala æquani-
miter & libenter tolerare.

8. In his omnibus ad exemplum Christi
perseverare, in quo hæ virtutes fuerunt.

MEDITATIO CCCLXVI.

Feria 3. Domin. 4. Adventus.

*Quæ virtutes, ut impetrentur ab An-
gelis, postcenda.*

Aspiciam omnes Angelos Dei Dominum
virtuosè præstolantes. Petam eorum
virtutes.

Conf. 1. In Seraphinis charitatem, in Che-
rubinis scientiam, in Thronis demissionem,
in Dominationibus obsequium ad imperiũ
Dei. In Principatibus ejusdem obsequij per-
fectionem, in Potestatibus propulsantem
inimicæ potestatis, in Virtutibus virtu-
tum omnium copiam, in Archangelis fide-
litatem, in Angelis sedulitatem.

Conf. 2. Quomodo Angelos superet Do-
minus Angelorum, quia amat homines, qui
unde amentur non habent; ipse totus est